



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Wandregisilvs C. 22. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

pro stipe oneratus. Anxius proinde cum à CHRISTO crucifixo exsolvi vadimonio postularet, apnuit Filii nomine MATER MAGNA, mox etiam ipse FILIUS, eâ lege ne simile posthac vadimonium faceret imprudens. Interea Eulogius mortuo Imperatore, honorum fastigio opibusque omnibus excidens in latomias suas postliminiò devolvitur, mox cum paupertate pauperum amor & una virtutes omnes ab exilio revocantur. Tam male, o Divites! vita sanctitati cum divitiis, tam bene cum paupertate convenit. Ex Pet. de Nat.

Prorsus beati pauperes Christi, quorum fides si elusit sapientiam mundi, ut soli, quis sit optimus divitiarum usus, invenerint, quod videlicet divita pauperem faciant, si diliguntur; divitem & beatum si pro Christo contemnuntur. Guerric. cem. SS.

S. WANDREGISILVS C. 22. Iulij.

ESILVS nobilissimam Sponsam conciliavit Christo; ipse Dagoberti aulam, cuius comes erat, Asceterio posthabuit. Inde revocatus regis imperio ad ipsa palatii limina currum rusticelli eversum magno labore, majore sui contemptu, luto sustulit. Risere scilicet aulæ mancipia, cum principem animum in coenum abiecere se videbant. At intempestivos cachinnos castigavit Deus censor, quando, qui vestes purgaret WANDREGISILI luto aspersas, è caelo palam Ephebus adstitit, & servitia tam nobilia rex ipse Dagobertus invidit. Cum bona igitur hujus venia deinceps compluria Coenobia WANDREGISILVS nobilitavit, unum etiam ipse extruxit Fontinellense dictum, & sub signis monachos CCC. m-

mera
lum,
Super
terea
etus,
DRE
celo
mon
Celi
ret,
Sur
M
fiera
bet à
tuun
guif
tent
vact
mis
texe
spirit
frui
de ar
prod
apud
nard
quit
iteru
meta

meravit. Habuit verè ad hæc hortatorem Angelum, qui & testem se rectè factorum & verò apud Superos præconem etiam fore pollicitus est. Inter ea, qui Divo necem parabat regio saltui præfatus, à malo genio correptus, sospitatem WANDREGISILVM sensit. Annonam egentí monita à celo Regina Blitildis misit. Eger acie tamen dæmonum aciem vicit, & de victoriâ gratulantes Cælites audivit. Demum ne de celo ipso dubitaret, triduo antè hoc visum est morituro patere. Ex Surio.

Multi de Deo sperant pecuniam; multi de Deo sperant caducos honores & perituros, aliud quidlibet à Deo prater ipsam Deum: sed tu ipsum Deum tuum pete. Relinque omnes amores, pulchrior est ille, qui fecit calum & terram. S. Aug. in Ps. 39.

S. MARIA MAGDALENA.

22. Iulij.

MAGDALENA, quæ omnium in spem peccantium, animos erigit, utinam etiam in penitentiam erigeret. Tantum lacrymarum potuit lavacrum, cum aquas amor oculis deplueret à flammis suis calentes, cum ingeniosus è capillis linteal texeret. Ergo tot dæmonum malorum nuper hospitium, CHRISTI sit Hospit, huius sermonibus prodigalitate accusata defendi semper meretur; apud hunc fratti defuncto vitam exorat, hunc nardi odoribus recreat, ministra per Iudeam sequitur, & in crucem sequitur; hic pedes lacrymis iterum lotos, iterum osculis fiscatos tumulo condit dolore plena, mox redivivos ambit gaudiis ebria,